

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

135. An pro communicando infirmo periclitante liceat in mari, vel flumine
celebrare Missam, & hoc etiam sit licitum in diebus festiuis? Et docetur per
nullum inferiorem Papa ob quamcunque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CXXXIV. &c. 79

part. 2. cap. 58. dub. 2. num. 2. & Pasqualigus in Theol. tom. 2. disp. 109. sct. 5. n. 27. Vnde apparerit utramque sententiam esse probabilem, sed nostram in auxilium & consolationem infirmorum puto practicandam esse, vt illam sepius practicarunt Patres inclita Sacerdotia Iesu.

RESOL. CXXXIV.

An Sacerdos non ieiunus possit in articulo mortis celebrare, ut se communicet?

Et breuiter docetur, quod praeceptum diuinum debet preuulere Ecclesiastico, quando virumque in eadem persona cadit.

Et notatur, quod necessitas dandi Viaticum moribundo sufficit, vt Sacerdos, si non habeat copiam Confessarii possit sine confessione celebrare.

Et aduersitatem, hanc sententiam procedere etiam quoad Sacerdotem excommunicatum.

Et tandem cursum docetur, quod si Sacerdotes, vel Laicos sint in articulo mortis, nec adit qui eos sacramentaliter absoluere possit, possint sine confessione communicare. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 3.

S. 1. R^{espondeo} affirmatiuē, si aliunde sacram Eucharistiam habere nequeat, & ita docet Ioannes de Lugo de sacram. Euch. disp. 15. sct. 4. n. 69. vbi sic ait: Si ponatur Sacerdos ipse moriturus, vel occidentur, nec posset aliter viaticum sumere nisi ipse celebret, tunc potest ipse non ieiunus celebrare ad communicandum pro viatico, quia non plus est celebrare, quam communicate absque ieiunio, quare dispensatus ad hoc videtur etiam dispensatus ad illud. Idem etiam docent Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 10. & ante illum Zambranus de sacram. Euchar. cap. 3. dub. 6. num. 1. vbi sic ait. Sacerdos sine dubio potest celebrare non ieiunus, vt se ipsum communice propinquum morti vel naturali, vel violenta. Ita ille, & hanc sententiam videtur etiam docere Nugnus tom. 1. in 3. part. quest. 80. art. 8. vbi docet, quod praeceptum diuinum debet praeulere Ecclesiastico, quando virumque in eadem persona cadit: sed in nostro calu praeceptum diuinum communitandi concurredit in eadem persona cum praecepto Ecclesiastico non sumendi Eucharistiam post cibum: ergo, &c. Sed non desinam hic adnotare hanc sententiam non approbare, male tamē, Faustum de sacrament. Euchar. lib. 1. quest. 393.

2. Notandum est etiam hic obiter quod necessitas dandi viaticum moribundo sufficit, vt Sacerdos, si non habet copiam Confessarii, possit sine confessione celebrare. Et ita ex Suarez & Coninck docet Ioannes de Lugo de sacram. Euchar. disp. 4. sct. 4. num. 107. qui etiam num. 111. docet hanc sententiam procedere etiam quoad Sacerdotem excommunicatum, non pro viatico alteri ministrando, potest absque absolutione celebrare, quando necessitas vrget, sicut potest, vt dictum est, absque confessione id facere, qui mortaliter peccauit. Vide etiam Sylvium in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. vbi sic ait: Si Sacerdotes, vel laicos sint in periculo mortis, nec adit qui eos sacramentaliter absoluere valeat, possunt communicate sine confessione, & si non essent hostie consecrata, possit Sacerdos celebrare, non solū pro sui, sed etiam alterius periclitantis necessitate. Sic ille, & ego.

RESOL. CXXXV.

An pro communicando infirmo periclitante liceat in mari, vel flumine celebrare Missam, & hoc etiam si licitum in diebus festiū?

Et docetur per nullum inferiorē Papa ob quacumque necessitatem posse alieni concedi facultatem celebrandi in nauī existente in mari, aut flumine.

Et notatur licere etiam deferre sacram Eucharistiam in nauigis, quia id minus difficultatis habet. Ex part. 5. tr. 3. Ref. 3.

S. 1. C^{ommuniter} Doctores negatiuā sententiam tenent, tum ob confutacionem, tum ob periculum verandi sanguinem, tum quia vix est locus honestus in mari, in quo decenter Sacerdos possit Missam celebrare. Ita D. Anton. part. 3. tit. 13. cap. 6. §. 4. Nauarrus cap. 25. num. 82. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 81. sct. 3. Kellisonius in 3. part. quest. 83. art. 3. dub. 1. Angelus verb. Missa, num. 40. Sylvester codem ver. quest. 5. diff. 2. Valquez in 3. part. tom. 3. disp. 233. cap. 1. §. ceterum. Præpositus in 3. part. q. 83. art. 3. dub. 1. n. 148. Tannerus tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 2. num. 28. Armilla ver. Missa, §. 4. Sotus in 4. diff. 23. art. 3. & ibi Paludanus quest. 2. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 8. diff. 23. n. 4. Lezana in qq. regular. c. 71. num. 16. Fillius tom. 1. tract. 5. cap. 4. n. 116. Molles in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. n. 32. Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 7. sct. 3. n. 179. Homobonus in exam. Eccl. part. 1. tract. 4. cap. 14. quest. 137. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 6. Pitigianus in 4. tom. 1. disp. 13. quest. 2. art. 2. Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. q. 3. de sacrificio Missa, dub. 1. concl. 2. Chamerota de Sacram. tract. 4. de sacrificio Missa, dub. 1. Tabiena ver. Missa, §. 8. Summo Astenius part. 1. lib. 4. tit. 14. artic. 4. quest. 2. Bartholomeus ab Angelis in exam. Confess. dial. 5. §. 620. Zanardus in direct. Theol. part. 1. de sacram. Euch. cap. 14. Ledesma in sum. tom. 1. tract. de sacram. Euch. cap. 20. dub. 4. Henriquez lib. 9. c. 27. §. 3. Faustus de Euchar. lib. 2. q. 173.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores affirmatiuā sententiam docentes, & ita novissime hanc sententiam tenet Iacobus Granado in 3. part. D. Thom. de sacram. contr. 6. tract. 14. disput. 13. num. 2. & seq. vbi citat Durandum in ration. lib. 4. cap. 1. num. 41. Scortiam de sacrificio Missa, lib. 2. c. 13. num. 5. Valterum de tripli cœna cap. 4. cœna 3. quibus ego addo ex eadem Societate Paulum Layman in Theol. moralib. 5. tractat. 5. cap. 5. num. 6. Gasparem Hurradum de sacram. disput. 4. de sacrificio Missa, diff. 5. vide etiam Sà, & Graffium, quos citat & videtur sequi Mercerus de sacram. quest. 83. art. 3. propos. 1. Itaque si in flumine, aut mari magna tranquillitas sentiat, vt nullum sit procellæ, aut tempestatis indicium, vel quidquam aliud, quod nauim, vel tritemem possit in vnam, vel alteram partem notabilitate mouere, & aliunde præter celebrantem sit alius Sacerdos, qui manu firmiter teneat Calicem post consecrationem, non videtur, mortaliter loquendo, accidere posse, vt in eo breui tempore, quod est à consecratione ad sumptionem, accidat sanguinis effusio; & si præter spem in rarissimo casu euenire, non idē priuandi sunt nauite in mari diebus festiū, & in mortis articulo tam singulari solatio, & remedio.

3. Adde, quod in tritempi, vel in nauis, præseruū magna, potest facilē designari non mindū, sed magis fortasse decens, quam multa Otatoria, in quibus celebrati solet, & quam tentoria, & maris litora.

80 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

tota vbi necessitate urgente celebratur, & ipsa platea nauigij potest mundari, & ornari, odotiferisque rebus deiici factoris, vel alius quilibet malus odor. Et quod hac in re præcipuum est, erigi potest Altare, quod ornetur serice ornamenti, mappisque mundissimis, vbi Altare portatile reponatur cum suis corporalibus, & vestibus non minus pretiosis, quam quae sunt in Ecclesiis, & facellis. Vnde patet responso ad rationes, quæ pro contraria sententia adducuntur.

Sup. hoc in Refol. nor. præterita prop. fin. verl. Et maxime. 4. Nota tamen quod Coninck de sacram. q. 8. art. 3. dub. 1. num. 226. docet per nullum inferiorem Papa, ob quancumque necessitatē posse aliqui concedi facultatem celebrandi in naui existente in mari, aut flumine, posse tamen hanc licentiam Papam concedere, tradit etiam Turrianus in sim. p. 2. cap. 70. dub. 1. concl. 4. Verum Iacobus Granado vbi supr. n. 6. teneat hanc licentiam posse in casu necessitatis concedere Episcopum cum cautione iam declarata, quam tamen non faciliter ait esse credendam, nec cuiuslibet Sacerdotis, aut naute iudicio committenda, cum res sit magni momenti. Necessitas autem erit, ne magna multitudo in nauigii non audiat Sacrum in diebus Festiis, cum ad terram descendere nequeat, aut infinitis aliquorum, qui sine viatico discenderent, si non celebraretur in mari.

5. Nota etiam ex dictis, licere etiam deferre sacram Eucharistiam in nauigii, quia id minus difficultatis habet, dummodo capacitas sit sufficiens, ut locus decens, & separatus illi designetur. Ita Iacobus Granado loc. cit. num. 7. Et omnia superius dicta in præsenti resolutione, dicta esse volo ex mente supradictorum Authorum, quibus adde nouissime post hec scripta visum Ioannem de Lugo de sacramentis, Euchar. diff. 20. sect. 3. n. 80. ad illum, & non pigebit, etenim docte, ut semper solet, hanc pertractat questionem.

RESOL. CXXXVI.

An Sacerdos pro audienda confessione infirmi moribundi possit relinquere Missam inchoatam etiam post confirationem? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 70.

§. 1. **A**d hunc casum, qui faciliter evenire potest in villis, sic responderet Zambranus de sacram. Penitentie, cap. 4. dub. 6. n. 5. Si quis Sacerdos, quando est celebrans, peratur pro confessione aliquius penitentis in articulo mortis, si non sit aliud potest Missam inchoatam etiam post confirationem relinquere, seruante interim aliquę Eucharistiam, & secum deferat aliquam formam consecratam, & extreamamunctionem ad infirmam, & auditam eius confessionem, & data Eucharistia & extrema unctione (remissa tamen Psalmis Penitentialibus ad Ecclesiam post Missam) referatur ad perficiendum Sacrum, quod si confessio fuerit ita longa, ut media hora perfici nequeat, transacta dicta media hora Sacerdos absoluat dictum moribundum, eo monito, ut post dictum Sacrum aliqua occasione eum accersat, & postea illum de novo audiat, & absoluat. Ita Zambranus loco citato.

RESOL. CXXXVII.

An Sacerdoti non omnino caco, si possit videre Calicem, & Hostiam, licetum sit celebrare, non obstante quod non possit legere, si memoriter sciret Missam de Requiem, vel de B. Virgine?

Et an cum supradicto Sacerdote sic celebrante assisteat Diaconus, vel alius Sacerdos, vt illum adiuvet ad colligenda fragmenta ex Hostia supra Patenam, vel Corporale relitla?

Et an sit peccatum iusta de causa Sacrum sine libro celebrare?

Et quid, si non adsit iusta causa?

Et obiter notatur, quod in casu, quo Elector fuit cura, cum nihilominus cum aliis Elektoribus debet admitti ad eligendum: & doceatur quomodo legitur electus cœcus in predicio casu. Ex part. 9. tract. 9. & Msc. 4. Ref. 30.

§. 1. **R** Espondeo affirmatiū, ut ex sapientissimo Vasquez docet Ioannes Praepositus inlegit Theologus Societatis Iesu, in 3. p. 9. 8. art. 1. ad. 4. num. 168. vbi sic ait: Requiritur etiam liber qualiter continetur Canonem, ut communiter Doctorne in re tam ardua memoria hominem fallat: unde communiter docetur, cum qui audet tem dimittit sine libro facere, peccate mortaliter: non est tam improbable quod consent aliquip non esse pecatum iusta de causa sacrum sine libro celebrare, si ab scandalum, & errandi periculum. Videri potest Vasquez diff. 3. cap. 3. fine, qui docet, eos qui proprius debitatem visus non possunt legere, possunt tamen sufficienter Hostiam, & Calicem videre, paramentos celebrare, si Missam sufficienter memorantur. Videri etiam potest Suarez diff. 3. sect. 1. cap. 1. §. Quarto requirunt. Ita Praepositus, cui addi nouissime Pellizzarium in Alan. Regul. tom. 1. n. 3. cap. 2. sect. 2. subsect. 1. n. 130.

2. Existimmo tamen cum sopraddicto Sacerdoti celebrante, affilere debet Diaconum, vel alium Sacerdotem, ut illum adiuvet ad colligenda fragmenta ex hostia supra Patenam, vel Corporale. Ita, si forsitan dictus Sacerdos celebrans, illa non videret. Et ita Pater Caesar del Bosco, vir doctissimus, & amicissimus testatus est mihi, consilium Eminentissimum Dominum meum Cardinalem de Lugo in quadam Congregatione facta ex ordine Petris Mutii Vitelleschi Generalis Societatis, in ordinem ad exercitatem Patris Vivaldi lanueris eiusdem Societatis.

3. Et idem ego annis elapsis consuli quendam Parochum, cuius oculis omnes littera duplicabatur, & idem legere non poterat, posuisse celebremus quotidie, si memoriter sciret Missam de Requie iste tamen Parochus fragmenta Holtz optimè debet.

4. Notandum est hic obiter, quod in casu, quo in elector fuit cœcus, cum nihilominus cum aliis Elektoribus debere admitti ad eligendum, non quidem faciendo sibi scribi nomina eorum, quos intendit eligere, iniuncto scriptori iuramento de fidelitate seruanda, vt vult Castellinus de elect. cap. 3. n. 16. Sed ascendendo ad aures frumentis, ibique sicut suffragium aperiendo, iuxta formam antiquam, de qua in cap. Quia propter, de elect. sic quippe filius euaditur periculum infidelitatis, retento etiam secreto nomine eligentis, & aliqui, vbi forma aliquius actus in totum seruari negant, explicari debet eo meliori modo, quo potest.

RESOL. CXXXVIII.

An Sacerdos cœcus possit validè celebrare? Et adseritur cœcus, qui sine Pontificia dispensatione consecraret, graviter peccare.